Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

hominib; a dusum eos qui causa sibi huiscemodi negotii ex
stiterint. Si quis ergo certus sit quantos & qualium malos
causa nobis fiunt peccata sponte & sine ullo cõmonitione!
grinimo affectu odium et aduersum ea nascitur! sic ostendit
ille qui dicebat. Iniquitatem odio habui & abominatus sum.

Quomodo potest aliquis ex animo & ex affectu
facere mandata domini.

Naturaliter delectamur his quæ bona sunt. & prosunt. Si
igitur credimus de his quæ promissa sunt. ex eo ipso quod sp
amus inseritur animæ nostræ affectus & desiderium ad
explenda ea a quib; id consequi possumus! quod desideram.

Si igitur odium habuerit & exsecratus fuerit iniquitatem. munda
uerit se a omni peccato! ex quo sic corpus a languore
delectatione non habet cibi! ita & anima detenta peccati
morbo detinetur: non habet desiderium erga mandatum dei!
si recordetur quia mandata dei uita æterna sunt & hominib;
qui custodiunt illa permanet adimpletio promissorum! potest phec
nasci animæ profectus illi qui dixit. Iudicia dei uera iustifica
ta in semetipsa. desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum
multum! & dulciora super mel & fauum! nam & seruus tuus
custodit ea in custodiendis illis retributio mul
ta

Quæ est mensura in caritate dei.

Ut supra uires quis semper extendat
animam suam! ut uoluntatem dei prospiciens & desiderans ea
que ad gloriam dei pertinet.

Quomodo quis obtinear ut possit ipse habere caritatem dei.

Si gratia fideles existamus erga beneficia eius! quod etiam
mutis animalib; fieri uidemus. Iam & canes interdum